Q uod agis quid facerem cura cruciabar miſer interea ad me
h edus uiſult aggredirier infit mihi predicare ſe ſe ab ſimia
c apram abduxisse et coepit irridere me ego enim Lugere
A tq; illam abductam conqueri hoc quam ad rem credam
P ertinere ſonnium nequeo inuenire n̄ capram illā ſuſpicor iā me
I nueniſſe q̄ ſit aut quid uoluerit ad portum hic abij mane cū luce ſemvL
P oſtq̄ hic id quod uolui tranſegi atq; ego conſpicor nauim
E x rhodio qua eſt heri aduectus filius cōlibitum eſt illud mihi
N eſcio qui uiſere aſcendi in lembum atq; ad nauim adducor
A tque ego illic aſpicio forma eximia mulierem filius quam aduexit me'
Matri ancillam ſue quam ego poſtq̄ aſpexi non ita amo ut ſani ſolent
h omineſ: ſ; eodem pacto ut inſani ſolent. Amaui h̄cle equidem ego oli
I n adoleſcentia: uerum ad hoc exemplum nunq̄ ut nc in ſanio
V num quidem hercle iam ſcio periſſe me uoſmet uidere ceterū q̄ti ſim
N unc hoc profecto ſic eſt: hæc illa eſt capra: ſ; ſimia illa atq;
h edus timeo quid uelint. ſ; conticeſcam vicinvm eccum exit foras.

DEMICLO LISIMACVS LORARIJ.

P Rofecto ego illunc hyrcum caſtrari uolo ruri q nobis exhib& negotiu
De N ec omen illud mihi nec auſpicium plac& quaſi hircu me tuo ne uxō me
C aſtret mea atq; illi' hec non ſimiæ partis ferat. Li I tu hic ad uillam
A tq; iſtos raſtros uillico piſto ipſi facito coram ut tradas in manum
V xori facito ut nuntieſ negotium mihi eſſe ne me expectet nā mihi
T ris hodie lites uindicandas dicito ei & hoc memento dicere. Lo nuq̄d ampli'.
Li T antum eſt. De Lyſimache ſalue. Ly euge demipho ſalue o quid agis
Q uid fit. De q̄d miſerrimus. Ly dij meli' faxint. De dij hoc q̄d faxint
Li Q uid eſt. De dicam ſi uideam t' eſſe operam aut ocium. Li quanq̄
N egotium eſt ſi quid uis demipho non ſum occupatus unq̄ amico opa dare
De B enignitatem tuā mihi experto predicas quid t' ego etatis videor
Li A cheruntīcvs Senex vetus decrepitus. De peruorse uides pver ſum
L yſimache ſeptuennis. Li ſanun eſ q puer te eſſe dicas
De V era predico. Li modo hercle in mentem uenit quid tu diceres
S enex cum extemplo ē iam nec ſentit nec ſapit. aiunt ſolere evm
R urſum repueraſcere. De immo bis tanto ualeo q̄ valui prius
Li B ene hercle factum & gaudeo. De immo ſcias oculis quoq; ēt plus iā
V ideo q̄ prius. Li bene eſt. De malam rem dico. Li iā iſtuc nō bonū eſt
De S ed auſim ne ego tibi eloqui quid uelim. Li audacter animum.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 160r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/160r)